Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IOB

centum vocat. Terra tradita est in manus impij: vultum iudicij eius operit. Quod si non ille est quis quaeso est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt et non viderunt bonum. Transierunt quasi naves poma ferentes: sicut aquila volans ad escam. Cum dixero nescio quis ita loquor: multo fatiem meam. Et dolore torqor. Verebar omnia opera mea: sciens quod non parcis delinquenti. Si autem et sic impius sum: quare frustra laboramus? Si lotus fuero quasi aquis nivis. et fulserint quasi mundissime manus meae: tunc sordibus intinges me: et abhominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro qui fiducia mei est respondebo: nec quem mecum iudicio exequo possit auditre. Non est qui utrique valeat arguere: et ponere manum suam in ambobus. Auferat a me virgam suam: et pavor eius non me terret. loquar et non timeo eum: neque enim possum metuens respondere. Cap. x.

Taedet animam meam vitae meae: dimittam adversum me eloquium meum loquar amaritudine animae meae. dicam deo. noli me condemnare. Indica mihi cur me ita vitiis. Numquid bonum tibi videtur si calumnieris me. opprimas me opus manuum tuarum. et consilium impiorum adiuves? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo videt tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui. et anni tui sicut humanae sunt festa: ut quaeras iniquitatem meam. et peccatum meum scrutaris: et scias quia nihil impium fecerim. cum sit nemo qui de manu tua possit eruere? Manus tuae fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente praecipitas me. oro memento quod sicut lutum fecisti me: et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis consertum me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodivit spiritum meum. Haec licet celes in corde tuo: tamen scio quod omnium sit in memoria. Si peccavi et adversum me peccasti nihil: aut abiuratam meam iniquitatem mea munda me esse patris? Et si impius fuero ne mihi sit. et si iustus. non levabo caput. Saturatus afflictione et miseria. quia perfecisti quasi leonem capies me: rursus quoque mirabiliter me cruciasti. Instauras testes tuos contra me: et multiplicas iram tuam adversum me. et pertentant mihi militia. Quare de vulva eduxisti me: quis utinam consumpti essem. ne oculus me videret. Fuissem sicut non esset: de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte me ergo ut plangam paululum dolorem meum. antequam vadam et non revertar: ad terram tenebrosam et operiam mortis caligine. Terram miseriae et tenebrae. ubi umbra mortis et nullus ordo. sed semiternus horror inhabitans. Cap. xi.

Respondens autem sophar naamathites dixit: Numquid qui multa loquitur non audietur? aut vir vinosus iustificabitur? Tibi solo tacebunt homines? et cum ceteris arguis nullo confutabis? Dixisti enim: purus est sermo meus. et mundus sum in conspectu tuo. Atque utinam deus loquatur tecum. et aperiat labia sua tibi. ut ostendat tibi secreta sapientiae. et quod multiplex sit legis eius: et intelligas quod multo minora exigat a te. quam merentur iniquitates tuae. Forsitan vestigia dei comprehendes: et usque ad perfectum omnipotentem reperies. Excelsior caelo est: et quid facies? et

"non

"queso